Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31237
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

a deo se dampnandi sciat. quem iudet. De qua promissione
sua faciat petitionem suam. ad nomen sororum quarum
reliquie ibi sunt. et abbatis presentis. Quam petitionem
manu sua scribat. aut certe si non sit litteras alter ab eo ro-
gatus scribat. et ille nouicius signum faciat. et manu sua eam
super altare ponat. Quam dum posuerit. incipiat ipse nou-
icius hunc versum. Suscipe me domine secundum eloquium tuum
et viuam. et non confundas me ab expectatione mea. Que
versum omnis congregatio tercio respondeat. adiungentes
gloria pri. Tunc ipse frater nouicius prosternatur singulorum
pedibus ut orent pro eo. et iam ex illa die in congregatione
reputetur. Res siquas habet aut eroget prius pauperibus. aut
facta sollempni donatione conferat monasterio. nichil sibi re-
seruans ex omnibus. quippe qui ex illa die. nec proprii corporis po-
testatem se habituum sciat. Mox ergo in oratorio exuatur reb?
propriis quibus vestitus est. et induatur rebus monasterii. Illa
autem vestimenta quibus exuitur reponatur in vestiario conser-
uanda. ut si aliquando suadente diabolo consenserit. ut egredi
atur de monasterio quod absit. tunc exutus rebus monasterii
proiciatur. Illam autem petitionem quam desuper altare abbas
tulit. non recipiat. sed reseruetur in monasterio. De filys
nobilium vel pauperum qui offeruntur. Capitulum lxxx

Capitulum. 59

Si quis forte de nobilibus offerit filium suum deo in mo-
nasterio. si ipse puer minori etate est. parentes eius
faciant petitionem quam superiuscriptimus. et cum oblatio-
ne ipsam petitionem. et manum pueri involuant palla alta-
ris. et sic eum offerant. De rebus autem suis aut in presenti
petitione pronunciant. sub iure iurando quod unquam per se